

**ANTONII**  
**MARIAE SPELTAE**  
**TICINENSIS**  
**COMMENTARIUM**

Ad contexendas epistolas , necnon dicendi  
primordia adolescentiæ perutile ;

**NUNC ITERVM IN LVCEM EDITVM,**

ab eodemq; Auctore auctum , & locis  
pluribus illustratum .

*In quo sunt etiam Papie Laudes ,*

De { Memoria tam naturali, quam locali,  
Pronunciatione,  
Singularium corporis partium motu

**TRACTATUS;**

*Index præterea locupletissimus*

*num. . 32.*

*cap. . 9.*

*num. 17.*



**TICINI** Apud Petrum Bartolum, **MDCII**

Sumptibus Io. Baptista Vismaræ Taurinensis

Coll. Soc. I. S. V. S. m. ex dono Regii



Vt patriam, vt mores, genium sic nactus, & artes,  
Ex vsu meritas non cumulauit opes:  
Sed tam multa docet, quam non didicisse pueret,  
Dumq; quies labor est, irrequietus erit.



A V C T O R I S

A D S A C R A T I S S I M A M

V I R G I N E M M A R I A M .

*Ode.*

A Lma, quam manes † Vgiunt maligni  
V Irgo, quæ sedas — Nimica bella,  
V E T premis vires — Emurum puella,  
V T polum cœtus — Neant benigni;  
I Mpera coeptis, V Nimaq; , Ligni  
R E fluo in ponto, S Copulisuè stella  
G E stita clauum, P Ereat procella  
O B uia, fausto. O Mine eâtq; tigni;  
P R otege à vento Z Imium furenti;  
P A R Vra, & infestans S Ileat superna  
R E Vmor; ostendas V Ditus timenti.  
R E Micans caelo D Omitans Auerna  
N A blio laudem, H T titulos trementi  
S Vmc; stetq; Aspis — Vbeas cauerna.

† 2

PRÆ-

# AD BONARVM ARTIVM

STVDIOSAM IVENTVTEM  
in breue Commentarium ad contexendas epi-  
stolas, atque dicendi primordia

*Antonij Maria Spelta Ticinensis*

P R A E F A T I O.

**Q**UONIAM mortalium cu-  
ra (studiosissimi ado-  
lescentes) quam mul-  
tiplicium studiorum  
labor exercet, diuerso  
quidem calle procedit, sed ad unū  
tamen immortalitatis finem nititur  
peruenire. Quod si Promethei fa-  
bula innui dixerimus, fortasse non  
erit absurdum, nec improbabile: ut  
ignis scilicet ille caelestis, quo vitā  
primi hominis pectori indidisse fin-  
gitur, vim quandam significet, qua  
occultis rationibus assidue hominū  
animos ad se attrahat, qui unde  
profluxerint, & à quo primam ori-  
ginem duxerint sentientes natura  
eò se se conuertunt, eòq; suas om-  
nes cogitationes dirigunt; idq; unū  
studiosè agunt, ut nominis sui me-  
moriam aduersus temporum iniu-  
riam Heroica virtutis valido tuean-  
tur praesidio. Quare hanc ingenij a-  
ciem ad praestantissimarum rerum  
contemplationem à natura nobis  
traditam, ita prastringi non sinūt,  
ut ipsius virtutis iubar nulla ratio-

ne queat intueri. Imò verò ad lau-  
dem, & decus praeclarum sanctissi-  
mis praeceptis animum excolunt in-  
strumentum summaq; nituntur ope,  
nè vitam silentio transeant veluti  
pecora. Vt primum igitur sapere  
institui nihil pulchrius, nihil opta-  
bilius, nihil homine dignius sapiē-  
tia studio iudicauit. Quod si quis fu-  
riata mente vituperet, haud sanè  
intelligo quidnam sit, quod laudan-  
dum putat. Hoc nobilem, & clarū  
hominem efficit, optimè felicitatem  
extollit, & facillimè calamitates  
imminuit, sine studio ager est ani-  
mus. Hominis enim ingenium si exer-  
ceatur, ad res optimas est accommo-  
datum, sin ad vitia degeneret longè  
est infra mutas pecudes. Porro cum  
natura duce, qua unicuique, quod  
sibi consentaneum est, tribuit, omnes  
vehamur, artes, quae ad humanita-  
tem pertinent, naturali quodam  
lapsu mihi sequendas duxi. Qua-  
rum ex fontibus ambigi non potest,  
quin aut nihil, aut parum hause-  
rit, qui ab isagogico Grammatices



*S*alue *TICINVM*, *Fortunatissima tellus,*  
*Musarum mater, religionis honos.*  
*Duratura Deus posuit fundamenta rerum*  
*Cōditor omnipotens tempus in omne, tibi.*  
*Assurgāt Solymi, virtusq; aeterna Quiritū,*  
*TICINO cedunt fortia facta *DEVM*.*



# ANT. MARIAE SPELTÆ AD ELOQVENTIAM EXHORTATIO.



**Q**UPTARE M, si fieri posset (humanissimi Iuvenes) ut quā-  
 tum in iis, quæ conscripsimus, præceptis inest virtutis, tantū  
 in me esset auctoritatis, & ingenii; sperarem utique in eam  
 vos vocare, incitare, & nullo negotio inflammare posse pro-  
 uinciam, quam fortassis ob excellentiæ magnitudinem, &  
 dignitatis amplitudinem, et si non impossibilem, difficilem tamē cen-  
 setis. Verū enim verò si virtutes ipsas considerauerimus omnes, si  
 artes, atq; disciplinas propositas habuerimus, siq; ad alia, quæ homi-  
 num industria perficiuntur, oculorum nostrorum aciem conuerterim-  
 us: labore magno, multo sudore: cultu diuturno ea, quæ præclara no-  
 minantur, comparari reperiemus: quæ verò spreta, vilia, & abiecta  
 sunt, vel sese ipsa proferunt, vel negotio non magno acquiruntur. Itaq;  
 que verè Plato in sexto de Repub. ait: Difficilia, quæ præclara. Quis  
 autem est, qui illud non credat, quod Aristoteles affirmat, asserit Cic.  
 probat Quint. docent alii dicendi magistri, eruditi fatentur omnes,  
 eloquentia nihil, vel utilitate fructuosius, vel splendore illustrius, vel  
 oblectatione iucundius inueniri: hæc virtutum omnium procreatrix,  
 & magistra; nihil ratio dicendi, nisi ars scientiarum omnium, & instru-  
 ctio. Quid eloquentia nisi quædam disciplinarum domina? Quid nisi  
 maximum in Repub. ornamentum? quid nisi singulare quoddam omnium  
 virtutum

Item tibi deditissimus alumnus.  
Tui obseruantissimus cliens.  
Pro hoc nè dicas seruator. sed  
Humillimus seruus.

*Locus quo pacto exprimitur.*

**L**ocus exprimitur secundum sui exigentiam; vt nomina primæ, vel secundæ declinationis singularis numeri ponentur in genitiuo, vt datû Papiæ. Scriptum Mediolani. Si fuerint numeri pluralis in ablatiuo absque præpositione, vt scriptum Venetiis.

Si fuerint tertiæ in ablatiuo singulari sine præpositione, ut Datû Carthagine.

Datum, & scriptum venustius subaudiuntur.

Appellatiua ponuntur in ablatiuo cum præpositione. Vt vale ex officina nostra, ex ædibus.

Possunt etiam propria cuiuscunque declinationis poni in ablatiuo sine præpositione, vt Vale Mediolano, Papiæ, Venetiis, Carthagine. idest ab eo oppido mittitur epistola.

Si dicimus Vale Papiæ, subauditur scripta est hæc epistola.

Si autem Papiæ sub intelligitur missa est.

*De tempore.*

**T**empus semper exprimitur in ablatiuo. vt calendis Ianuariis. &c.

Anno à natali Christiano Millefimo quingentesimo nonagesi-

mo quarto idus Decembris.  
Superscriptio est exterior super epistolam scriptio, nomen, merita, locumque eius continens, ad quem scribimus. in hunc modum. Papiæ apud ædem Sancti Symonis, subauditur detur epistola, Papiæ, scilicet habitanti & Possit dicere Papiam, subauditur portetur.

*De circumstantijs epistolæ.*

**Q**uod est epistolæ fundamentum? est res, quæ litteris committitur, tractatur, & ad alterum, scilicet absentem profertur: Denique res omnis, quæ in hoc scriptiois genere potest incidere, vt verbi gratia, mandatum, petitio, consilium. &c. generis eiusdem. Cicero scribendi argumentum nominat.

Terminus epistolæ quis est? est colloquium, & sermo absentis ad absentem transmissus, & à tabelario redditus.

Epistola quot personarum genera respicit?

Tria, nam absens ille, siue est amicus, siue inimicus, siue neuter.

Materia epistolæ quæ est?

Quicquid in epistolam cadere potest, idest omnes res, de quibus scribitur.

Materia verò epistolaris scientiæ quæ est? sunt illæ definitiones, partitiones, & præcepta.

Materia sit igitur res, quæ scriptio ni est subiecta. Ea duplex: solennis, & varians.

Solennis, quæ in omni epistola eadem,